

140.

634. Theophilo Sigefrido Bayer. S.P.D.
Maturinus Béziers La Croze.

Etsi nihil opus fuit tanto eloquentiae apparatu ut praesentium rerum fastidio levarer, ad hoc tamen litterae tuae profuerunt ut magis magisque suavissimis alloquisiis huius intelligerem, quamnam tibi, nullo sane, aut certe exiguo merito meo, carus et acceptus essem. Nec rescribendi moram fecisset, nisi vir Optimus Hennigius noster se brevi ad te scripturum confirmasset et litteras mox caraturum sines ullis sumptibus tuis. Haec vero scribebam ipso Natalitium rum D.N. Iesu Christi die, quem tibi ut et brevi incepisti anni ceteros omnes felices esse volo et voveo. Nullus Armenorum, quos quidam noverim, nondum ipse Moses Chorenensis, Muri Sinensis meminit, quae sive oblio^s sive ignorantias mira tibi videri non debet, cum neque Marcus Paulus, neque Rubruquis, cuius elegantem editionem Gallicam nuper emi, eiusdem meminerint. Aggerem illum Regi & Magagi via esse puto; nec forte vel invitis Sinensium Historiis, ea est Muri antiquitas, ut illius Tornandes meminisse potuerit. Id tibi tamen dijudicandum retinquo. Audio nuper scripsisse doctam et accuratam Dissertationem de Litteris Tanguticis Monumenti ad mare Caspidum inventi. Eam nondum porlegi, nec novi ubi reperiatur: tanta enim est copia Diariorum vestrorum Germanicorum, ut mihi in aliis rebus valde occupato, accuratius inquirere non vacet. Ceterum eadem de-

re aliquid scripsoram ad Amplissimum Alenkenianum quae sille inseruit
 in Actis Euditorum. Ea si in manus tuas incident, vobis me
 mihi non vindicasse, sed tibi, ut solitus sum perpetuo et ubique agnoscere
 per quos profecerim. Mihi porro nuper relatum est Stephanum Boumont
 Professorem Regium Linguae Arabicae Parisiensem duplcam illam
 paginam interpretatum esse, in qua ut aiunt de Secreto quodam
 illius gentis agitur et de animi humani immortalitate. Utinam
 haec aliquando in lucem publicam prodeant. Historia mea Indica
 brevis est: in animo enim habui experiri quid censerent eruditii
 de eiusmodi rebus, antequam plura, si tamen unquam vacabit,
 aggredieren. Liber editor, sed lentius quam vellam, Hagaer Comitum
 elegantibus typis. Non patiar ut eo casus statim atque prodierit
 et si mihi omnia exemplaria meo aere redimenda erint, nec alio
 aliter cum Bibliopola luci cupido transigere potui, qui tamen
 mercedem mihi promisit quatuor florinorum pro uno quoque
 folio. De litteris Veterum Prussianorum noli judicium meum
 expectares. Non multum puto tribui posse Grunario vestro,
 Monacho Dominicano proindeque mendaci, ut sunt ferme omnes
 ex eo hominum genere, nec mihi aliud quicquam videntur
 haec monstra litterarum quam otiosi hominis figmenta.
 Parum abest quin idem censem de litteris Hungaricis quare
 scripsi edidit Martinus Beli. Quod ad Runas Septentrionali
 attinet adhuc persisto in ea sententia mea quam forte legisti
 in Vindiciis meis veterum Scriptorum contra Haduinum.
 Nec parum me confirmavit vir Doctissimus Nam Edwardus

2 92

Shuyd in Archaeologia Britannica eadem docens. Eum librum
incomparabilem mihi caro preio in Anglia emi curavi, quo vice puto
carere posse cum hominem qui in Antiquitatibus Septentrionis feliciter
versari desiderat. At satis superquer habes garrulitatis
meae, quam tamen, ut me neque amare soles, tibi minime
ingratam fore existimo. Dabam raptim Berolini. VI. Calend.
Januarii. A. C. MDCCXXIII.

Georgius Horrocks
M. D. 1700

A Monsieur
Monsieur Théophile Siegfried
Bayer Reetur & Bibliothéque
à Königsberg
en Prusse.

